Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26206
Copyright: Admont, Benediktinerstift

paradyso locatus / corporalis · unde ho locutus est · Tres enim generales de paradyso sententiae sunt · una eorum qui corporalem intelligi volunt tantum · alia eorum qui spiritualem tantum · tertia eorum qui utrique in paradyso accipiunt · Tertia in plerique fatetur · ut ho in paradyso corporalis sit positus · qui ab illo principio plantatus accipi potest · quia omnem remotis aquis verbis / lignum produce iussit · Qui / si presentis ecclesiae fuisse typum tenet · ad literam tamen intelligendum est esse locum amenissimum · fructuosis arboribus magnum / magno fonte fecundum · Quod nos dominus a principio · antiquitus illa tuo duce ad orientem · Illum volunt in orientali parte esse paradysum · longe intervallum spacio terrae · a regionibus quas incolunt homines secretum / in alto situm · usque ad lunaris articulum pertingentem · unde nec aqua diluvii illuc pervenerit.

De lignis paradysi unde quod erat / lignum vitae / lignum scientiae boni / mali / quare sit dictum lignum vitae.

In hoc autem paradyso erant ligna diversi generis · unum quod unum erat quod vocatum est lignum vitae · alterum vero lignum scientiae boni / mali · Lignum autem vitae dictum est sic docet beda / strabo · quia duum accepit hanc vim · ut qui ex eo fructu comederet · corporis stabili sanitate / perpetua soliditate firmaretur · nec ulla infirmitate et etatis imbecillitate indeteriretur et in occasum labetur · Lignum autem scientiae boni / mali non antea hoc nomen accepit · sed ab occasione rei postea secutae · arbor enim illa non erat mala · sed scientiae boni / mali ideo dicta est · quia per prohibitionem erat illa tentatio facta · quo ho experiendo disceret · quid esset inter obedientiae bonum / inobedientiae malum · Non quia de fructu quo nascebatur · unde positum est illud nomen · sed de tentatione secuta · Cognovit enim ho per quid tangeret hoc lignum bonum / malum · sed bonum per prudentiam / experientiam · malum vero per prudentiam tantum · Quod ex per experientiam novit usurpato ligno uetito · quia per experientiam mali didicit · quid sit inter bonum obedientiae / malum inobedientiae · Si vero primi parentes obedientes essent · nec ut preceptum percussent · non ideo tamen mundus dicetur